Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



304

nus. Jhs autem sciens
omnia que ventura erant
super eum: processit et di
cit eis. Quem quaeritis?
Responderunt ei. Jhm na-
zareum. Dicit illis jhs.
Ego sum. Stabat autem
et iudas qui tradebat eum
cum ipsis. Ut ergo dixit eis
: ego sum: abierunt re
trorsum et ceciderunt in te-
ram. Iterum ergo interro
gauit eos. Quem quae
ritis? Illi autem dixerunt.
Jhm nazareum. Respon-
dit jhs. Dixi vobis: qui
a ego sum. Si ergo me
quaeritis sinite hos ab
ire: ut impleatur sermo
quem dixit: quia quos
dedisti mihi: non pe-
di ex eis quemquam. Si

mon ergo petrus habens
gladium educit eum: et per
cussit pontificis seruum
: et abscidit auriculam
eius dexteram. Erat autem
nomen seruo malchus.
Dixit ergo jhs petro.
Mitte gladium tuum in
vaginam. Calicem quem
dedit mihi pater non
bibam illum? Cohors
ergo et tribunus et mini
stri iudeorum comprehende
runt jhm et ligauerunt eum:
et adduxerunt eum ad
annam primum. Erat enim
socer caiphe: qui erat
pontifex anni illius.
Erat autem caiphas qui
consilium dederat iudeis
: quia expedit unum ho
minem mori pro plo.